

egyed elvevén, látta, hogy az egy lengyel unitárius író műve. E kíváncsiságra a házi ur haragra lobbant. De atyám ezt észrevéve így szólott hozzá: „ne félj barátom! én nem fogok bajt hozni reád e könyv miatt, nem is adlak fel eretnekséggel, s hogy erről még jobban meggyőztelek, meg kell mondanom, hogy én is unitárius vagyok“. Ekkor megmondá nevét, a melyet a házi gazda már hírből ismert, a ki egész lelkéből örvendett, hogy ily vendéget fogadott bé házába. Atyám pedig áldotta a gondviselést, hogy e helyre juttatta.

Ez ember takács volt, a ki midőn az unitáriusokat Lengyelhombból száműzték, itt maradt néhány évig, elrejtve a helység úrnak, egy szabad gondolkozásu urnak kegyéből. Atyámnak nem engedte meg, hogy másnap távozzék, hanem rávette, hogy töltsön nála néhány napot, s atyámat gyermekeivel, kocsisával és lovaival együtt igen szívesen látta.

Több példa is van arra, hogy az isteni gondviselés különös gondját viselte a lengyel unitáriusoknak. Közelebbről beszéltem el neked néhányat. Ohajtandó volna, hogy mindezeket közöljék azok, a kik ezekről bizonyosságot tudnak tenni. Isten veled.

XXIV.

Crellius Sámuelnek Szent-Ábrahám L. Mihály püspökhöz intézett levele, melyben vele Agh Istvánnak az egyetemről való hazajövetelét tudatja.

KÖZLI

SIMÉN DOMOKOS.

Vir Clarissime, Doctissime!

Frater in Christo Jesu honoratissime!

Redit ad suos Clarissimus Charissimusque Frater noster Dominus Stephanus Agh, tutelae Dei optimi maximi commendatus, relicto nobis magno sui desiderio, quocum vivere amarem et obirem lubens, utinam fax ista et Ecclesiae et Gymnasio vestro in provectissimam usque aetatem alluceat! Omnibus in quorum notitiam his in oris pervenit, gratiam et amicitiam merito suo consecutus est, cujus vestigiis etiam Clarissimum Dominum Benjaminem Pállfi dilectissimum nostrum Fratrem incessurum spero. Doleo vehementer Reverendissimum Dominum Superintendentem Pállffium rebus

vestris exemptum esse, ipse tamen ad pauciores abiit felicissimus. Te autem et praesidium et dulce decus et columen Ecclesiae atque Gymnasii, cujus diligentiam et prudentiam in docendis et regendis studiosis, aliasque eximias dotes, idem Stephanus vester satis depraedicare nequit, diu in hac vita incolumen conservet, foveat, tueatur, tuisque benedicat Pater omnis Consolationis, unus ille, Solusque Deus, Deus et Pater Dni nri Jesu Christi. Universosque Unitarios dilectos in Domino Fratres in Transylvania in Unico Mundi Oculo, ubi Unitarii, qua tales, privilegiis terrestribus gaudent, Clementissime protegat atque defendat. Vale Vir desideratissime honoratissime, et si quando tibi in memoriam redeo, dic: O Deus sit propitius Samueli Crellio, ejusque Familiae! quale suspirium ab amicis in eis expetere soleo, eodemque illos prosequor vicissim. Vale, vige, magis magisque flore!

Dabam Amsteldami die 13-a Julii Anno 1737.

Utóirat: Nobilissimo Dno Johanni Kmitae precor Nestoris Annos, et Dno Gezanovio, qui in Marchiam Brandenburgiam una cum Domino Samuele Kereszturi olim veniens faustissima quaeque. Hos tantum ex vestris de facie novi, et Prisecium Senem cognatum meum, cujus miseremini.
